

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DIST. XXXI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

A contrario sensu. & ita seruabant.
 Quod autem male intellexerint
 probat Sal. fin. tñ diligitis illos
 qui vos diligunt, quam mercede
 habebitis? sic et male intellex-
 erunt in pluribus alijs locis, si-
 cut pater ibi de illo præcepto,
 Honora patrem tuum, & matrem,
 de quo redarguit eos Saluator
 quia interpretabantur, qd si quis
 offeret substantiam suam in tem-
 plo, & non daret patri egenti, qd
 seruatur præceptum, quia Deus est
 pater spiritualis, sed Deus hoc
 reprobatur, irritum inquit fecistis man-
 datum Dei per traditionem ve-
 stram. Per hoc patet ad illud de
 secundo Thopico, quia illa re-
 gula non intelligitur, nisi de co-
 trariis præcis, hoc est ubi non
 ambo contraria ex vna parte
 subsunt vni extremo alterius co-
 trarietatis. Si enim color habe-
 ret contrarium, puta. a. non se-
 quitur album est coloratum: igitur
 nigrum est. a. sic est in pro-
 positio, quia sub ratione diligibilis
 continetur amicus & inimicus,
 loquendo de inimico per acci-
 des, quia eadem ratio diligibilitatis
 est in utroque. scilicet possibilitas dili-
 gendi primum obiectum charitatis,
 in quantum sunt imago Dei.

ILLVD QVOQVE NON
 EST &c.

DIST. XXXI.

QVÆSTIO VNICA.

*Virum charitas maneat in patria,
 ita quod non euacuetur.*



IRCA istam. 31.
 di. in qua magister
 agit de charitate,
 quantum ad eius du-
 rationem. Quæritur,

virum charitas maneat in pa-
 tria, ita qd non euacuetur. Quod
 non. Nam ratio Apostoli. 1 ad
 Corinth. 13. quare aliqua do-
 na euacuatur est quia sunt ex
 parte, sed charitas nunc est ex
 parte, quia imperfecta, alioquin
 cum in ea sit beatitudo, esset
 nunc aliquis hic perfecte beatus.
 Quod si dicatur beatitudinem
 non consistere in habitu chari-
 tatis, sed in actu eius. Contra,
 si in perfectione habitus potest eli-
 ci actus sibi proportionatus, &
 ita si habitus est nunc æqualis ei,
 qui est in patria, eo similiter erit
 & actus; & ita fructus ita intes-
 & perfecta nunc, sicut tunc. Pre-
 terea, fides euacuatur, quia est
 circa obiectum latens, circa idem
 vero est charitas. Præterea, Au-
 gu. 83. q. 48. quædam sunt cre-
 dibilia, quæ nunquam sciuntur,
 sed tantum creduntur, sicut hy-
 storiarum, sed talium quorum nunc
 habetur fides in via, aliqua co-
 gnitio potest haberi in patria, &
 non nisi fides, quia tantum pos-
 sunt credi, igitur fides, saltem quæ
 ad illa non euacuatur. Præter-
 ea, eodem habitu concupisco ali-
 quid, & quiesco in habito. Nam
 sicut Aug. 9. de tri. c. ult. appetitus
 inhians sit amor fruents, &
 multo magis pater de habitu.
 Probatur et in simili in natura
 libus, quia eadem forma est prin-
 cipium motus ad terminum, & ge-
 nis in termino. Cum igitur spes sit
 habitus tendendi in terminum,
 erit habitus quiescendi in ipso
 habito, & ita non euacuat. Co-
 tra. 1. Cor. 13. v. auctoritas apo-
 stoli expressa ad oppositum.
 Charitas nunquam excidit &c.
 RESPONDEO. Nul-
 lus habitus ponendus est ibi ma-
 nere frustra, frustra autem esset
 Sco. sup. iij. Sen. T ibi

A ibi habitus, cuius inclinatio esset tunc impossibilis. Fides autem ex ratione sua inclinatur tantum in verum latens, *fm gl. sup illud Heb. 11.* Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium, & spes tantum inclinatur in bonum commodum absens, iuxta illud Ro. 8. Spes quæ videtur non est spes, accipiendo spem pro sperato. i. pro obiecto. Inclinationes autem istæ non poterunt haberi in patria ubi erit verum patens & bonum habitum, igitur isti habitus non manebunt, quia essent superflui. Sed hic est vnum dubium, an scilicet istæ virtutes euacuentur, quia succedant eis aliqua impossibilia. *¶* Respondeo, non oportet ponere quod succedant eis alij habitus, loquendo proprie, sicut habitus differunt ab actibus, quia (sicut dictum est supra in materia de anima Christi) non est necessarium ponere aliquem habitum in patria, creatum in ipsa anima, qui sit principium videndi vel tenendi obiectum saltem alium nisi charitatem, quia habitus non ponitur in potentia nisi ad facilitandum & habilitandum potentiam ad eliciendum actum vel saltem in intellectualibus ut obiectum sit præsens intellectui, ut intellectus possit prompte operari circa illud quod non posset si obiectum esset in quolibet actu de nouo adipiscendum, sed ibi obiectum semper erit præsens, semper agens in potentia, & potentia erit summe facilitata & inclinata. Quod si succedant alij qui actus repugnantes illis, qui nunc habentur, ut videre & tenere succedant credere, & sperare, illi actus succedentes non

habent proprie impossibilitatem ad habitus fidei & spei, quod probatur, quia Paulus in rapto habuit saltem actum visionis, & tunc non erat in eo euacuatus habitus fidei, igitur ille actus non repugnat habitui fidei, non ergo euacuatur fides & spes quia succedat eis aliquid impossibile, sed quia essent superflui. Sed adhuc restat aliquid dubium circa obiectum istarum virtutum, quia videtur quod earum formale obiectum non sit Deus, ut latens, siue ut absens, ita quod latentia vel absentia sit formalis ratio obiecti, sed sola ratio obiecti est Deus, ut Deus, sicut tactum est dist. 26. huius, & in primo. quod de obiecto theologiæ, & tunc non videtur quod formali ratione obiecti careant habitus isti, & ita poterunt manere & inclinare in obiectum proprium. Et eodem modo potest argui de actibus, nam idem sub eadem ratione est obiectum habitus, & actus proprii illius habitus. *¶* Preterea, sicut argumentum est saltem de spe, videtur quod possit esse inclinans ad delirandum absens, & amandum præsens. *¶* Dico quod respectu eiusdem obiecti, & sub eadem ratione formali possunt esse multi actus, & non solum potentiarum ordinarum, sed eiusdem potentie differentes secundum perfectum & imperfectum, nec tantum secundum quod perfectum & imperfectum, se habent sicut magis & minus in eadem specie, sed sicut se habent diuersæ species in eodem genere, puta media & extrema hoc modo dico quod respectu Dei in se, non solum sunt actus intelligendi, & volendi qui sunt actus subordinati, sed etiam actus di-

A ligendi sic & sic, scilicet non tantum differentes secundum magis & minus in eadem specie, sed sicut media & extrema in eodem genere, quod potest sic poni in proposito. Quando n. perfectio actus est a duobus. scilicet a potentia & obiecto, quando variatur propria ratio istorum vel alterius eorum in se vel conjunctione cum reliqua causa, vel secundum approximationem ad reliquam causam, quia minus perfecte agunt causa partiales respectu effectus quando non sunt sufficienter approximare & coniuncte variabitur tunc perfectio huius actus, & ita est in proposito, respectu enim actus tenentis obiectum voluntaris est in se praesens, respectu autem actus desiderij est absens, & secundum rationem formalem talis actus obiectum non est in se realiter coniunctum. potentia, est igitur ille actus imperfectus respectu illius & hoc in alia specie quae est ut media ad extremum, non propter aliam rationem in obiecto, sed propter approximationem obiecti ad reliquam causam partialem, quae sufficit ad distinguendum specie effectus illarum duarum causarum, sicut si alia actio sequeretur solem, in quantum precise est praesens secundum rationem reflexum, & alia secundum quod est praesens precise secundum rationem rectum, isti effectus distinguuntur specie, non ex distinctione passivi, vel agentis quantum ad rationem formalem agentis, sed ex approximatione alia & alia eiusdem agentis ad idem passum. Quando ergo arguitur obiectum est idem formaliter concedo obiectum virtutum in se & in parte, nec ex hoc sequitur,

quod actus sint idem specie, etiam qui sunt eiusdem potentiae, immo possunt esse diversi in eadem vi, si per se sint circa obiectum diversimode praesens potentiae, & similis distinctio potest poni habituum inclinantium ad tales actus. * Nam ad omnem actum alicuius speciei in natura rationali, quae potest frequenter elici, potest esse aliquis habitus realiter inclinans ad tales actus. Quantum ad aliud quod tangitur de spe, dici posset quod si cut quilibet actus distinctus specie ab alio, potest habere proprium habitum in voluntate, vel in intellectu inclinantem ad ipsum, ita etiam potest esse unus habitus generalis inclinans ad unum actum in genere & multos in specie, quemadmodum si iustitia ponitur virtus una secundum genus non secundum speciem, habet actum similiter unum, & hoc modo posset esse unus habitus, qui per se respiceret Deum in quantum conveniens naturae rationali, & sic indistincte inclinaret in ipsum, & si huius actus esset habitus sic indistincte tendens in ipsum, id est non sub propria ratione, in quantum scilicet est sic approximatus, vel sic coniunctus potentiae tendenti, ille habitus non variaretur, siue potentia tenderet in obiectum desiderando vel tenendo, talis habitus non ponitur spes, sed spes ponitur precise inclinans ad istum actum imperfectum, qui est desiderium. concedo igitur quod bene posset unus habitus tendens in ipsum Deum, ut est bonum commodum, & non oporteret illum evacuari, sed spes ponitur precise inclinans ad actum imperfectum,

B. Doctor
loquitur
de possibili
ut patet

D

*actum, qd hoc imperfectione alte
r. l. qua. s. r. ius rationis * quam facit absen
tia obiecti, respectu potentia
sentia. tendentis.*

VISO DE FIDE, ET
spe, qd euacuantur, videndum
est de charitate qd manet eadē
in patria; suppono .n. qd hac
sit ratio charitatis. s. qd est amici
tia Dei, vt in se bonū iste habi
tus non distincte inclinatur ad ac
tum perfectum amandi Deū,
sicut amatur, quando est in se p
sens, nec ad actum imperfectū,
sicut amatur, quando est imper
fecte praesens, sicut in enigma
te, sed inclinatur ad hunc actum,
& ad illum * licet indistincte.

a. l. sed.

Et qd talis habitus possit haberi,
patet ex dictis, nunc de spe, ra
tionabilius enim est hic de ha
bitu tendere in Deum, vt est bo
num in se, quam de habitu ten
dente in Deum vt est bonum
mihi, quia non variatur actus il
le, qui tendit in Deum, vt est in
se bonum ex praesentia perfecta
Dei, sicut ille qui tendit in Deū,
vt est bonum commodum. pri
ma enim variatio, vel non est se
cundum speciem, vel si est, non
tamen non est secundum specie
ita remotam, sicut secunda. Ex
quo enim inclinatio manebit in
patria ad diligendum Deum in
se, manebit etiam inclinatio ad
actum illum, qui ponitur esse
charitatis, vt actus eius, & ita ha
bitus ille poterit manere. ¶ Si
obijciatur, qd praesentia obiecti ta
lis, vel talis potest variare actus
secundum speciem, igitur pos
sunt esse duo habitus distincti
specie, quorum vnus sit princi
pium diligendi Deum in se, vt
praesentatus est per fidem, & ille
euacuabitur, alius vt est praes
ens per visionem, & ille succedet.

¶ Concedo, qd duo tales habitus
possunt esse simul in voluntate,
sed hac non ponitur ratio cha
ritatis. qd sit praecise principium
actus imperfecti circa obie
ctum latens, sed quod sit indi
stincte principium tendendi in
Deum, vt in se bonum praecise.
¶ Breuiter igitur, quicquid sit
de fide, de istis tamen duabus
virtutibus appetitiuis spe, &
charitate, concedi potest, quod
potest esse vnus habitus appe
titiuus, respectu commodi ma
nens, sicut charitas manet, &
possunt esse duo habitus appe
titiuus respectu * Dei vt est bo
num honestum, sed vnus euac
uaretur, sicut ponitur nunc fi
dem euacuari, sed supponimus
nunc ex dictis sanctorum distin
ctionem illorum habituum. spei
& charitatis, ita quod spes non
inclinatur ad actum tendendi in
bonum commodum absolute,
sed ad actum imperfectum ex
absentia obiecti, ita quod il
la imperfectio non accidat ac
tui, in quantum est huius habi
tus, sed sit de ratione eius, cha
ritas autem sit principium, &
habitus tendendi in Deum, vt
est bonum in se, ita quod actui,
vt est eius accidat perfectio &
imperfectio ex praesentia vel ab
sentia obiecti. Sed ad actum
perfectum inclinatur ex praesentia
obiecti, & ad actum imperfe
ctum ex absentia.

A D P R I M V M argu
mentum, quod aliae virtutes
sunt ex parte, quia includunt es
sentialiter in actibus suis ali
quid. quod necessario determi
nat sibi imperfectiorem, quae
tunc euacuabitur. charitas au
tem non necessario determi
nat actum suum ad aliquod, ad

quod

Ad sequatur imperfectio, sed actus in quantum est eius, est indifferens, ita quod accedit ibi talis imperfectio, vel perfectio posita, Quod arguitur contra illam solutionem datam ibi, quia bona est, in quantum negat beatitudinem posse hic haberi. nam & si aliquis haberet hic æquale charitatem, sicut in patria, non propter hoc esset hic beatus,

quia non posset habere æquale actum, sicut tunc habebit, & in actum consistit beatitudo, nec sequitur, si habitus est æque perfectus hic, & ibi, igitur & actus similiter, quia actus diligendi Deum dependet sicut a causa partiali, non solum a voluntate, & charitate, sed etiam ab obiecto, & sic præsentem per actuale in habet si reflectionem, sicut dictum est in præfatione. 2. s. secundi, & hoc secundum determinatam perfectionem, secundum quod est determinate præsentem si magis, magis, si minus, minus: in via de communione, in lege non potest esse obiectum præsentem, sicut in patria, etiam præsentia speciei eiusdem. * Nec ex hoc sequitur quod actus non sit perfectus, & si habitus sit æqualis, quia habitus est principium non erit totale principium illius actus, sed partialis, & eo modo quo ipse habitus est principium veri, semper æqualiter se habet ad actum, sed nec semper enim quantum est ex se ipso dat actui suo, quod sit quoddam amare Dei, in quantum est summum bonum, nec habitus dat quod sibi, quod sit Dei ut præsentem, vel absens, nec dat sibi perfectionem, quia quam habet ex obiecto, sic veri, sic præsentem.

Ad secundum patet, quod ratio in obiecto fidei, vel spei,

tamen actus fidei & spei est talis per se quod necessario concomitatur ipsum imperfectio, & ideo fides determinate inclinatur ad actum talis spei, ad quem non potest esse determinatio in patria. charitas autem, & si nunc sit determinata ad actum circa illud, quod latet, & per consequens circa imperfectum, non tamen inclinatur ad actum sic imperfectum, sed ad actum cui accedit imperfectio. Ad tertium potest dici, quod credibilia sunt in triplici differentia.

¶ Quædam enim sunt quorum visio per se pertinet ad beatitudinem, sicut est visio trinitatis, & talia sunt scibilia, extendendo scire, & sunt visibilia, extendendo videre, & de istis per se intelligendum est, quod fidei succedet visio.

¶ Alia sunt, quorum visio aliquo modo pertinet ad beatitudinem, non tamen essentialiter, sed concomitanter, quæ etiam non sunt scibilia, quia sunt quædam facta temporalia, sicut sunt credibilia de incarnatione, & de talibus concomitanter succedet fidei visio, non tamen rei in se, quia non videbitur in patria Christus in cruce, nec in utero virginis, sed in verbo.

¶ Alia sunt nec unquam visibilia nec scibilia, quia facta temporalia, nec pertinentia ad beatitudinem principaliter, nec concomitanter, cuiusmodi sunt aliqua vera pertinentia ad actus humanos. de talibus autem si quis viator haberet fidem, potest concedi, quod in illo potest manere fides, Ad ultimum patet ex dictis in corpore questionis.